Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sit tibi sicut publicanus & ethnicus. Si quis eum qui in me
peccauerit eum obaudierit sic aduersari iubet. qui
in ipsum peccauerit & in dnm. quem habere debeo uos
iudicare. Vos enim nos non culpatis. sic mollitur agentes
uobcum. Si autem aliquis temperit legationes quas a nobis
fiunt. ratum & ipsum xps docebit dicens. Quecumque li
gaueritis in terra erunt ligata & in celo. & quecumque sol
ueritis in terra erunt soluta & in celo. Et si etiam & non
miseri & nonnulli sumus & contempti
sumus. sed non nos ipsos uindicamus. neque iram reddimus.
sed de nostra salute cogitamus. Pudeat uos rogo & uere
cundamini. Si enim amicum quis portat uehementem
quoporter secum agentem intentionem et discutiens &
quia benigne non ex iactantia hoc facit. multo amplius
doctorem & ipsum non ex sua auctoritate dicentem. non uice
iudices. sed uice curam gerentis. Nam enim potestatem nram
demonstrare uolentes hec dicimus. Quomodo nam. quoniam neque ad
experimentum eque quidem dicimus optamus uenire. sed pro uobis dolen
tes & lugentes. Ignoscere autem & nemo temperat um
cula ecclesiastica. non enim homo est qui ligat sed xps. qui
nobis hanc potestatem dedit. Et dns fecit homines tan
ti honoris. Et nos quidem uolumus absoluendi uti hac
potestate. magis autem neque huius rei necessitatem habe
uolumus. Nemine quippe desideramus ligatum esse
apud nos. non enim tantum sumus infelices. ac si ual
de nulli sumus. si uoluntate coacti fuerimus ignoscere. non enim